



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **QUO APTIUS** IN REPUBLICA «MYANMAR» NUNCUPATA  
DELEGATIO APOSTOLICA CONSTITUITUR Ad futuram rei memoriam. – Quo aptius Evangelizationis operi necnon  
Ecclesiae regimini in Republica «Myanmar» nuncupata consuleretur, opportunum est visum in eadem Civitate  
Delegationem Apostolicam constituere. Nos igitur e consulto Congregationis pro Gentium Evangelizatione, summa  
Nostra potestate harumque Litterarum virtute Apostolicam Delegationem in Republica «Myanmar» erigimus et  
constituimus; quam eidem Congregationi obnoxiam volumus cuiusque sedem pro nunc in urbe Bancokensi collocamus,  
omnia et singula ei deferentes officio, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Delegationum sunt propria. Haec denique  
edicimus, statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas efficacesque iugiter exstare ac permanere; suosque  
plenos effectus sortiri et integros obtainere, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum  
Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Septembris, anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.* AUGUSTINUS  
card. CASAROLI a publicis Ecclesiae negotiis © Copyright 1990 - Libreria Editrice Vaticana

---

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana